LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 170v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

finitionis partes eo spectant: ut illis nouem mensibus quibus in utero fu
imus: mortui fuisse uideamur. Nulla ergo ex his tribus vera sententia est:
Hec tamen in tantum falsa esse dicendum est: qui hec senserunt: ut omo
nihil dixerint: Nam & sanguine simul & calore & spiritu uiuimus:
Sed cum constet. anima in corpe his omnibus adunatis non expresserunt
proprie quid esse & quare non tam pōt exprimi q̄ uideri: ⸗

.XVIII. SEquitur alia & ipsa inextricabilis questio. idem ne sit. anima
& animus: An vero aliud sit illud: quo uiuimus: aliud autem
quo sentimus & sapimus: Non desunt argumenta in utrāq;
partem: qui h. unū esse dicunt: hanc rationem sequuntur: q̄ neq; uiui
sine sensu possit: nec sentiri sine uita possit: Ideoq; non posse esse diuisum id:
quod non pōt separi: Sed quicqd est illud. & uiuendi officium & sentiēdi
habere rationem id circo ānim & ānam indifferenter appellant: Duo epi
curi poete: Quin aut dicunt esse diuisa sic argumentantur. Ex eo posse intel
ligi. aliud esse mentem. aliud esse animam q̄re incolumi anima mens pos
sit extingui quod accidere solet insanis: Item q̄ anima morte sopiat:
animus sompno. & quidem sic: ut non tantum quid faciat: aut
ubi sit ignorat: sed & rerum falsarum contemplatione fallatur: Quod ip
sum quō fiat non pōt puideri: cur fiat. pōt: Nam requiescere nullo pac
to possimus nisi mēs insionum imaginibus occupata teneatur: Latet
aut mens oppressa somno tamq̄ ignis obducto cinere sopitus: quē si pau
lulum commouens rursus ardescat & q̄ euiglat: Auocatur ergo simula
cris donec membra soporis irrigata uegetentur. Corpus h. uigilante sensu
licet iaceat imobile tamē non est quietum: quare flagrat in eo sensus & ui
brat: ut flāma & artus omnes ad se astrictos tenet: Sed postq̄ mens ad
contemplandas imagines ab intentione traducta est: tunc demū corpus de
resoluitur in quietem. Traducitur autem mens cogitatione ceca: ut coge
tibus tenebris secum tantūmō esse cepit: dum intenta est in ea de quibus
cogitat. repente somnus obrepit: & in spēs proximas sensim cogitatio illa de
clinat: Sic ea quē ante oculos posuerat. uidere quoq; incipit. deinde proce
dit ulterius. & sibi aduocanda intra inuenit: ne saluberrimā quietem cor
poris interrūpat: Nam ut mens per diem uersis insionibus auocatur. ne
obdormiat: ita falsis ne excitetur: Nam si nullas imagines cernat. aut ui
glare ipsam nēce erit: aut ppetua morte sopiri: Dormiendi ergo causa
a deo ratio somniandi tributa est. & quidem in comune unūcuiq; ānan
tibus: sed illud hominī precipue q̄ cū eam rōnem deus quietis causa dare &
facultatem sibi reliquit docendi hominem futura p sōniū: Nam & his